Par & Chemins Châteaux

Vivre en Alsace aux XIIe et XIIIe siècles

DOC 15

AD68, 9G/TITRESGENERAUX/3/14



Hugues, abbé de Murbach ,cède en fief au roi des Romains, Henri VII, ses possessions de Delle, sous contre-parties, 1232.

- AD68, 9 G / Titres généraux / 3 / 14.

Résumé du document

L'abbé de Murbach Hugues cède en fief au roi des Romains Henri VII ses possessions de Delle, ainsi que la moitié des revenus qu'elles génèrent, à condition que le roi y fasse construire une forteresse.

De la même façon qu'un château ou une terre, une ville peut être cédée en fief et avoir plusieurs seigneurs.

Les murailles que doit faire édifier Henri VII présentent un intérêt défensif mais isolent aussi symboliquement la ville de la campagne environnante, devenant par là un élément constitutif de son identité : la suite de l'accord définit en effet la ville comme « l'espace délimité par les murailles », puis comme les seules « murailles » ("*infra ambitum oppidi*" - ligne 8 - puis "*oppidum*" seul).

Transcription

In nomine sancte et individue trinitatis,

Heinricus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus.

Condignis sunt beneficiis honorandi quorum servitus et fructuosa promotio nostris et imperii commodis non definit infudare, qua propter noverint tam presens etas quam successura posteritas quod dilectus princeps noster Hugo, venerabilis Morbacensis abbas, ad nostram instantem peticionem villam Tatinriet, que cum omni integritate et juridictione ad ecclesiam spectabat Morbacensem, cum medietate omnium reddituum et proventuum ejusdem ville, excepto jure patronatus ecclesie et decimis, nobis in rectum feudum contulit, libere tenendam et perpetuo possidendam, tali videlicet pacto **et condicio ut in loco eodem munitum oppidum construamus** et omnes proventus judicii precariarum et exactionum seu possessionum **infra ambitum oppidi** equaliter dividamus cum abbate ecclesie Morbacensis et quod inhabitantes ejusdem loci nobis fidelitatem jurent pariter et abbati.

Judex etiam eandem quam nobis secundum abbati faciet memorato. Adjicientes quoque et per presens scriptum firmiter promittentes ut ipsum oppidum numquam a nobis vel heredibus nostris debeamus aut possimus indeufationis, collationis, venditionis, seu obligationis titulo alienare. Statuimus igitur et sub interminatione gratie nostre districte precipimus ut nulla umquam persona humilis vel alta, ecclesiastica vel secularis, ausu dicta temerario contra tenorem hujus privilegii et libertatem factam ecclesie Morbacensis velut supradictum est venire audeat vel dampnum ei in hiis aut gravamen aliquid irrogare. Quod qui facere presumpserit, indignationem omnipotentis dei nostreque celsitudinis offensam se noverit incursurum.

Actum apud Hagenowe anno dominice incarnationis M.CC.XXXII, pridie Kalendas Januarii, indictione quinta.

Testes hii sunt : venerabilis Argentinensis episcopus, Th., abbas Lutrencis et abbas [à compléter].